

ut jus competat, majori facienda partes, minori autem eligendi optio tribuatur; Alii que alia voluntibus; Veritas autem est, ut Judicis prudenti arbitrio, ex loci moribus, vel personarum, ac bonorum qualitate regulando, id remissum sit, ut non singulorum bonorum scissura facienda sit, sed discreto, ut dividendum qualitati magis congruit, uni commodiora bona assignando, Ideoque certa desuper generalis regula statuta non est, cum facti qualitates, ac circumstantie hoc arbitrium regulare debeant.

68 Aequalitatem vero divisio precipue desiderat, ideoque jam facta inæqualis divisio, ad aequalitatem reduci debet, vel erronea retractatur, unusque dividendum, alteri eam evictionem præstare debet, cujus denegatio hunc inæqualitatis effectum producat; Secus autem, si evictionis periculum ab initio, inæqualium partium aequalitatem causaverit; atque inæqualitatis compensativum sit; Si vero divisio ex titulo hereditario, qui tunc non competat, facta sit, eo superventuro firma remanet.

69 Scripturam autem, aliamve expressam probationem divisio perneceffe non exigit, cum presumptiones quoque, & adminicula, ex dilutiori temporis obliantia, aliisque circumstantiis resultantia admittat.

70 In his vero, quæ individua sint, atque honorificentiam, vel præmientiam concernant, non nisi per unum explicabilia, certant Scribentes; Aliis majori natu id referentibus; Aliis vero omnibus alternatim ternario ordine; Ac aliis, obliantia, ex dilutiori temporis obliantia, aliisque circumstantiis resultantia admittat.

71 In his vero, quæ individua sint, atque honorificentiam, vel præmientiam concernant, non nisi per unum explicabilia, certant Scribentes; Aliis majori natu id referentibus; Aliis vero omnibus alternatim ternario ordine; Ac aliis, obliantia, ex dilutiori temporis obliantia, aliisque circumstantiis resultantia admittat.

72 Collationis item quæstiones inter cohæredes cadunt, & quidnam in divisione conferri debeat, quod ex facti qualitate, diversisque distinctionibus recipit decisionem. m

73 Inter heredem, ac hæreditatis emptorem, vel donatarium, seu cessionarium, evictionis, aliaque cadere solent quæstiones, certam generalem non recipientes regulam, cui cumque casui applicabilem; Illaque generalitas habetur, ut hæreditatis emptor, vel cessionarius, talis ab initio fingatur, ac si per defunctum scriptus esset, vel per legem vocatus; Ideoque cedens, evictionem aliquam non præstet, nisi eam, quæ ex ipsius facto sequatur; Et e converso, rescire tenetur quidquid ad ejus manus ex bonis hæreditariis obvenit, suaque activa jura propria contra hæreditatem salva manent, ac si nunquam hæres extitisset, nisi conventionis lex aliter exigat; His omnibus inter ipsos cedentem, & cessionarium, non autem in tertii præjudicium procedentibus, cui jus per primi hæredis cedentis additionem esset questum. n

74 Super imaginaria solutione, vel bonorum appropriatione sibi ipsi per heredem facta, cadunt frequenter quæstiones, certam regulam non recipientes, sed pro facti qualitate, ac circumstantiis, effectuum etiam diversitate attendenda, decidende sunt, ut in sua sede advertitur. p

75 Hæreditarium bonorum, vel jurium possessio, in hæredem ipso jure non transit, sed actus facti in possessione adificanda requisitus sit; Nisi loci lex municipalis, defun-

cti possessionem in eum continet, eamque apprehensam fingat; Verum id pariter certam non recipit genericam determinationem, quæ ex facti circumstantiis, diversisque distinctionibus pendet. q

h disc. 10. 11. 7. 1 disc. 27. 30. & 32. 1 disc. 30. m disc. 31. & 32. n tit. de empt. & vendit. disc. 26. o disc. 32. p disc. 28. q disc. 26.

V.

De quæstionibus inter heredem verum, & heredem putativum, vel fideiurarium; Sive inter heredem verum, & tertium, qui cum putativo contraxerit, vel distraxerit.

76 Inter verum, ac putativum heredem, super restitutione eorum, quæ à putativo distracta, vel consumpta sunt, adeo ut, nec in specie, nec in æquivalenti extens, quia nempe non adit in ejus utilitatem versum, quod dicitur, unde propterea putativus, non de lucro contendat, sed de damno, quod alias in proprio patrimonio ex rei consumptæ restitutione pateretur, facti potius, quam juris est questio, super bonæ fidei, vel malæ fidei requisito; Ubi etenim in malæ fidei veritas, pro extantibus bona hæreditaria, quamvis distracta, vel consumpta censenda sunt, ideoque restitutionis obligatio intrat, cum paria sint possidere, vel dolo possidere desisse.

77 Ubi verò in bona, tunc à jam consumptis in eo statu excusatur, quamvis imprudens, ac dissipatoria consumptio fuerit, quoniam imputandum non est, cur dissipaverit ille, qui rem suam dissipare credit; Quinimò si qui credit esse in totum hæres, in parte solum reversa esse detegatur, adhuc in propriam portionem cum cohærede in judicio familie eriscunde, vel communi dividendo, imputare non tenetur, cum ita consumptum pro non extanti habendum sit.

78 Mala fides autem per allegantem probanda est, cum in dubio bona potius præsumenda sit; Cadente quæstione, ubi de media agatur, quæ in dubitante, vel errante dignoscitur videtur; Idque ex facti qualitate, & circumstantiis prudenti Judicis arbitrio pensanda decisionem recipit.

79 Neque putativo hæres imputatur cur inventarium non confecerit, vel malè.

80 Respectu verò tertii cum putativo contrahentis, vel distrahentis, major est questio, an scilicet à putativo gestaverum heredem obligent; In hoc autem scribentes certant, probabilior autem distinctio; est, an ad obligandum, vel ad liberandum actus tendat, ut hoc secundo casu præjudicet, non autem in primo; Ubi tamen in tertio bona fides accedat, que iustum creditum inducat.

81 Inter verum autem, ac fideiurarium, bonæ, vel malæ fidei, distinctio non intrat, nullaque videtur habesse questio, cum semper fideiurarius se non esse verum heredem sciat, sola que sit questio super fideiurarii qualitate, que tituli hereditarii substantiam percutiat, ideoque sub testamentaria, vel fideicommissaria materia potius cadit.

82 De aliis autem in materia cadentibus pro stylo in sua sede, videndum est, cum omnium compendiosa restrictio non de facili memoria retinere pro humana imbecillitate concedatur.

83 Qualia verò possessorii, vel petitorii remedia judicialia heredi competant, ut hereditarium bonorum, ac jurium possessionem adipiscatur, vel adjudicacionem obtineat, sub judiciorum sede agitur; &c.

Finis Partis Secundæ Libri Noni.

JO: BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Libri Noni Pars Tertia.

DE LEGITIMA, TREBELLIANICA, ALIISQUE DETRACTIONIBUS.

Discursus generalis pro introductione totius materię, ac discursuum particularium, de quibus infra, circa legitimam quantitatem, & qualitatem in locis, in quibus admittit Statuta foeminarum exclusiva; Et an, & quomodo foemina faciant numerum, & partem.

S U M M A R I U M.

- 1 De jure communi nulla cadit questio quantitatis legitimę, ut patet clarè definita.
2 De portione bannitorum, exhereditatorum, & religiosorum in legitima.
3 Quod Statutum post tollere legitimum.
4 De distinctione, an & quando Statutum tollat legitimam, atque dos eius loco succedit, necne.
5 Recensentur verba Castrensis.
6 De distinctione super legitimam in a theorie.
7 Quod si hæres non sit tutus.
8 De altero modo tutiori.
9 Sed videtur solum præsumptionem elidibilem.
10 Quomodo designatur, an Statutum mandet dotem per unam conditionem.
11 Quomodo ista questio decidi debeat.
12 Et quomodo conjecturæ, vel præsumptiones debeant attendi.
13 De distinctione conditionis, & modi.
14 Quod operetur opus donationis à Statuto demandatum.
15 An dos succedat loco legitimę, referuntur opiniones hinc inde.
16 In dubio succedit loco legitimę.
17 Ubi agitur de materia Statutorum.
18 Quia de Statutis Urbis distinguuntur.
19 De distinctione, an Statutum faciat foeminas extraneas, necne.
20 Conventibus masculis eisdem matrimonii, quorum aliqui velint foeminas numerari, & alii non, quibus deferendum sit.
21 Quia ubi sunt filii diversorum matrimoniorum.
22 Et de controversia inter ipsos fratrem, & sororem germanam.
23 An legitima masculi sit tertia tertie, vel tertia totius, si adsit foemina.
24 Quia ubi masculis sola legitima relinquuntur, & foemina instituitur.
25 Quomodo detrahantur dotes foeminarum exclusivam.

D I S C I

Juris communis dispositione attendita, numerum raro sunt fori quæstiones super legitime quantitatem, quoniam sublata per jus novissimum, sexus, ac agnationis, vel cognationis differentia, nil refert; An filii sint masculi, vel foemina, sed solum numerus attenditur, cum expressa juris determinatione, ut quando sunt infra quatuor illa trientem, quando vero dictum numerum excedunt, indefinite semissem importet; Aliquibus cadentibus quæstionibus in foro etiam raris, (adeo ut in longevæ forensis vitæ cursu occasio non dederit particulariter disputare,) ubi agitur de filiis exhereditatis, vel bannitis, aut Religiosis professis in Religione incapaci in communi, sive illis, qui eorum jurebus renunciant, an computandi sint, necne; Et quatenus faciant numerum, an faciant etiam partem, & ad

cujus favorem, de quibus ceteris antiquioribus relatis, plene agunt Bellon. jun. de jure accrescen. cap. 6. quest. 6. cum plurib. segg. Merlin. hoc tract. de legitim. lib. 1. tit. 1. q. 9. 1. cum segg. Cyriac. controvers. 71. Gratian. disceptat. 676. Maria de success. leg. part. 1. quest. 25. art. 3. Surd. & Hodier. decis. 252. Caten. 1. sol. 97. Botillier. de success. ibem. 52. Rota decis. 100. post Fenon. ad Statut. & in aliis, de quibus infra.

Nimium autem frequentes, ac involutas habemus quæstiones, ubi vigeant statuta foeminarum exclusiva, an scilicet foemine faciant, necne, numerum, ac partem, & ad cuius favorem; Id autem pendet à qualitate statuti exclusivi, an scilicet à legitima quoque foeminas in totum excludat, adeo ut eas extraneas efficiat, necne, ideoque restanti solet questio ad facultativum voluntatem; Quamvis enim nostri majores potestatis quæstionem nimium tractaverint, an scilicet à lege positiva id fieri valeat, ex ea dubitanti ratione, quod filiorum legitima proveniat à jure nature, cui lex positiva derogare non potest; Inter fabulas tamen apud forenses hæc merito recenserit, scholasticis, & academicis pro ingeniorum exercitio reservatis, cum in foro nullam hodie difficultatem habeant, ex veteriori, magisque recepta opinione, de qua apud infra allegandos de altera voluntatis quæstione agentes, & infra in Lucana disc. 10.

Quia verò, (ut iustum, ac rationabile est,) hujusmodi statuta, vel jura municipalia, dotem foeminis decernunt; Hinc proinde dicta questio, an statutum legitimum simpliciter tollat, atque foeminas extraneas faciat, necne, explicari solet sub dotis prædictæ natura, an scilicet, & quando dos succedat, vel non succedat, loco legitime.

In hoc autem, quamvis idem primi nostri majores, (quorum dicta ingeniose expendit Laderch. consil. 25, qui sequaces habet Bellon. jun. & Giovagn. & alios,) in pluribus variaverint; Magis tamen communiter in foro proceditur cum distinctione, que vulgo tribuitur Castrensi. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 8. ff. de condit. & demonstr. eam desumendi ex mente Cumani, & Barr. ut patet ex deductis per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 8. num. 9. Cyriac. controvers. 71. num. 13; & controvers. 72. num. 10. Altrograd. consil. 17. lib. 2. num. 3. Galeot. lib. 2. controvers. 16. Rota apud Gregor. decis. 565. apud Burat. decis. 215. decis. 106. 133. & 197. post Merlin. de legit. & frequenter.

Verum, quia circa modum explicandi hanc distinctionem aliqua dignoscitur diversitas inter Scribentes, idque controversiarum occasiones parere solet; Hinc proinde congruum est præcisè Castrensis verba registrare, ut deinde relata diversitate, cum qua solet ab aliis concipi, videatur, qualis aptior, ac tutior sit conceptus.

Verba igitur Castrensis, hæc sunt: Si Statutum dicat, quod extante masculo, filia non succedat, sed debeat dari, & tunc procedit opinio Bart. & non debetur legitima, si autem loquatur, ut loquitur Bart. ut filia dotata non succedat cum masculo, & tunc Bart. bene dicit; Verum qui avellum est purum, alias non dicitur dotata, & sic non esset exclusio à statuto, &c.

Ex his verbis concipiunt aliqui distinctionem quod aut Statutum incipit ab exclusione, & postea mandat donationem, & dos non succedit loco legitime, quia cum foemina sit dotata successione exclusiva, non potest prætereire legitimum, que est pars successione, adeo ut dos adjecta à parte postea, stare videatur tanquam quid extrinsecum, ac remotum à successione; Aut vero incipit à dotatione, adeo ut subsequatur exclusio à successione, & tunc succedat loco legitime, dum ita ipsa dos videtur causa proxima, & extrinsecè exclu-



acrescen. cap. 6. quæst. 15. num. 45. & 51. Mart. Medic. decif. Senen. 7. num. 5. & per tot. Rota in recent. decif. 180. num. 11. vers. quod equidem. post Penz. ad Statutum Urbis. ita feminæ numerum faciunt etiam ad commodum, & utilitatem fratrum non heredum, utrius, propter quam exclusio sequitur est, ac recipiatur, ac sentiantur utilitatem, Cephal. consil. 245. num. 48. lib. 2. Socin. sen. consil. 5. sub num. 4. cum seq. lib. 1. bene Rovit. dict. consil. 70. sub num. 5. Mart. Medic. dict. decif. Senen. 7. num. 2. & 6. Bellon. de iur. acrescend. dist. cap. 6. quæst. 11. num. 45. & 50. cum seq. & num. 79. Rota dicitur for. decif. 266. num. 2. par. 2. in recent. decif. 137. num. 16. cum seq. par. 6. & in dicto Vitetibren. legitime 1. Julii 1695. §. non obstante. coram me.

Abique eo, quod obijci potuit, quod testamentum Nepesinum attendi non debeat, vel ex quo testamentum factum fuerit in Urbe, cuius propterea Statutum excludens feminas propter masculos heredes, potius sit attendendum. Etiam confirmatum concupit ex literis sanctæ memoriæ Pauli IV. & Pii IV. confirmantibus omnes immunitates, & gratias, atque statuta condita à Civibus, Symmaria Leonis num. 2. quod confirmationes licet emanaverint in forma communi, sufficiens tamen in subiecta materia; Nam cum Statutum editum fuerit fratrum, contumque filiorum masculorum, & sic pro conservacione agnationis, ex Mant. consil. 14. num. 7. Rocce. select. iur. disputat. cap. 38. n. 4. Brun. ad stat. exclus. feminæ. ars. 3. per tot. Merlin. de legit. lib. 1. titul. 4. quæst. 3. numer. 11. Rota in recent. decif. 147. sub numer. 7. par. 13. ut dicatur æquum, & rationabile, vel saltem non odiosum odio irrationabili, Actolin. resolut. 13. numer. 40. cum seq. Rocce. disputat. 33. num. 11. Bonden. colluct. 12. al. 31. numer. 104. lib. 2. Thomat. decif. March. 204. num. 10. Rota in recent. decif. 177. numer. 6. par. 5. decif. 169. numer. 11. par. 11. coram Merlin. decif. 359. num. 6. & 7. & in Auximana immisionis 11. Maji superioris anni. 8. Admissio coram Reverendissimo Domino meo Decano, Signanter cum fiat testatus ad jus divinum, nam Moyles ex ore Dei responsum accepit, quod si filii masculi fuerint, feminæ non succedant, ut habetur num. cap. 27. & ultimo, referunt Rocce. & Bonden. ibi. sup. Palma nepos allegat. 251. num. 18. & Rota coram Merlino decif. 353. numer. 8. & decif. 740. numer. 3. & ad jus antiquum tam non scriptum; Nam in Italia introducta erat consuetudo antequam à clausula Pisana sub cõsilio Aralphitano investirent leges Imperiales, cum quibus hodie vivimus, ut extantibus masculis, feminæ non succederent, sicut dixerunt Palmas nepos dicta alleg. 151. num. 6. Cardin. de Luca de success. dist. 1. num. 16. dist. 12. num. 5. & dist. 13. num. 7. quam etiam scriptum 12. tabularum, & Prætorum, quod idem disponentibus, Altorrad. consil. 57. num. 67. lib. 1. Rocce. ubi. sup. Palma nepos dict. allegat. 251. numer. 17. Rota coram Merlino pariter ubi sup. His favore, & æquitate attentis sit est confirmatio in sola forma communi, ex firmatis per Rotam coram Durano decif. 136. numer. 32. coram Celso decif. 125. num. 9. & 10. coram Pamphilo decif. 32. numer. 8. abique ad dist. numer. 16. coram Merlino decif. 698. num. 7. & in dicta Auximana immisionis 11. Maii 1626. §. Admissa autem in fine, cor. Reverendissimo Domino meo Decano.

Neque ex eo, quod testamentum in Urbe conditum fuerit, hujus Statutum attendi debet. Quoniam cum de testantis animo non conficit hic contrahendi domicilium, nisi resultat Tum ex accidentalibus ipsius permanentia in Urbe, & continua retentione domus, familie, & bonorum in Civitate Nepesina, nulla eorum facta distractione, ut advertunt Cenfal. decif. Lucen. 25. ante num. 37. Rota in recent. decif. 589. num. 11. par. 5. decif. 270. num. 18. par. 18. coram Burat. decif. 244. num. 3. coram Dinozetto Juniore decif. 743. nu. 6. Tum ex reversione ad patriam post absolutum testamentum; permanentiaque ibidem facta usque ad obitum, ex Actolin. resol. 76. num. 15. cum seq. Tum demum ex eo, quod post dictam reversionem ad Patriam, testator ibidem se Nepesinum nuncupando condidit codicillos, Rota in Romana, seu Januæ. Trebellianicæ 2. Martii 1693. §. Nec refragatur in fine, & 5. Junii ejusdem anni. §. Quod si agitur, coram Reverendo Patre Domino meo Pio, quoties enim de tali animo non constat, tunc non attenditur locus conditi testamenti, sed alius originis, & patriæ testantis, Roman. in l. si non specialiter, numer. 6. in fine, Codic. de testament. Marcan. consil. 1. numer. 170. cum sequent. lib. 1. Mantice. de consuetud. ultim. voluntat. lib. 1. titul. 18. numer. 13. & 14. ubi concordantes & in Romana, seu Januæ. Trebellianicæ

ca 5. Junii 1693. §. Nec esse, coram Reverendo Patre Domino meo Pio.

Minus demum obijci potuit, quod masculi heredes huic augmento legitime contradicant, illudque recusent, quoniam cum filius sit filius filii magis utile, quod legitima augatur de triente ad semissem, ipsi in electione discordantibus, prævalere debet dicta major utilitas, quæ eis uti filii pervenit, non attendo eo, quod uti heredes essent damnosa Angel. Redolphinus allegat. 130. num. 4. & 5. allegat. 131. num. 3. & 4. bene Cardin. de Luca de legit. & detraht. in Summa, cap. 2. sub num. 21. Rota in recent. decif. 127. num. 14. in fine, vers. non obstat, & num. 15. par. 6. repet. post Farin. repert. ultim. voluntat. decif. 39. numer. 5. & decif. 160. num. 22. cum seq. eadem part. 6. & facit optime textum in l. atione 65. l. 66. post med. ff. pro socio ubi ex Labeo, & Proculi sententia Paulus ita respondit: Labeo autem possessorum libris scripsit, si renunciataverit societati unus ex sociis eo tempore, quo interluit socii, non dirimi societatem committere cum in proposito actionem, nam si enim mancipia, inita societate, deinde renunciet mihi eo tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc casu, quia deteriorum cau sam meam facis, teneri se pro socio iudico; Proculus hoc ita verum esse ait, si societatem interit, non dirimi societatem. Semper enim non id, quod privatum interest unius ex sociis, servari solet, sed quod societati expedit.

ROMANA LEGITIME DE ACCIAJOLIS PRO PHILIPPO, CUM DONATO FRATRE.

Discursus pro veritate in casu concordato.

Difcrepantibus filiis masculis ejusdem matrimonii, feminas à Statuto exclusas numerare, quia nempe unius velit eas numerari, & alter non, cuius debet esse potior conditio.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Est in arbitrio masculorum numerare, vel non numerare feminas.
3 Declaratur quando id procedat.
4 Quod iste casus sit novus adhuc non decisus.
5 Quando decidi debeant puncti novi adhuc non decisi.
6 Femina non numerantur quando effecta sunt extraneæ.
7 Tales sunt ex Statuto 145. Urbis.
8 In dubio iudicandum est pro regula.
9 In re communi melior est conditio prohibens.
10 De ratione, cui innixæ sunt conclusio, de qua n. 2.
11 Inter socios attenditur factum illius, quod societati magis prodest.
12 De masculatione seminarum ex consuetudine Neapolitanæ.
13 Quod in dubio debeat fieri reverso ad jus commune.
14 An Statuta sint juris correctoria.
15 Est in facultate masculorum non uti Statuto, & admittere feminas.
16 Quomodo fieri debeat deductio dotium.

D I S C I I.

Defuncto in urbe Octaviano Acciajolo, civis Romano ex domicilio, origine autem Florentino, in urbe Civitate possidente bona valde notabilis valoris, condito testamento, in quo facta quadam particulari dispositione ad favorem filii secundogeniti tunc Apostolicæ Camere Clerici, nunc emeriti Cardinalis, paternæ dispositioni acquiescentis, Philippo tertigenito reliquit, ultra habitationem, & alia, mensuram redditum scutorum centum ad vitam, quatenus acquiesceret, in minus legitimam sibi de pure debitam, in quam mandavit fieri debere quandam imputationem; Heredem universalem, cum substitutionibus, & oneribus ad rem non facientibus, scripsit Donatum primogenitum, sex autem filiabus, partim spiritaliter, & partim carnaliter, eo vivente nuptis, ac dotatis, quædam fecit legata, providendo innuptas de congrua dote; Cumque Philippus paternæ dispositioni non acquiesceret, hinc extrajudicialiter, & benevolè, (ut inter fratres dicitur) orta controversia super legitima quantitate, precipius

puns punctus erat, an legitime essent, vel semisses, quod pendebat eo, an dictæ esse sint faminæ computari deberent, necne; Si enim computari deberent, utique legitima esset semis in novem divisi, remanente quantitate, ad cuius favorem facere deberent partes pro excessu ultra dotes eis datus, vel reliquas; Et contra, si non deberent computari essent triens; Cumque supponeretur expedit Philippo petenti legitimam, feminas non computari, cum ita integram unquam obtineret; E converso autem Donato heredi universali expedit eas numerari, cum ita dicta legitima importaret solum duas ex tribus partibus unice.

Hinc desuper consultus ex parte Philippi nolentis feminas numerari, cum ita legitima esset major, pro commentabili stylo, communicatis aliquibus Responsis per tunc seniores, ac primarios Curie Advocatos editis pro herede volente contrarium, in istis pro numeracione concludebatur, sic fundando in recepta conclusione, quod ubi Statutum excludit simpliciter feminas, adeo ut eas faciat extraneas, neque dos succedat loco legitime, (ut extra controversiam est Urbis Statutum 145. ita discretum à Statuto 141. sit in arbitrio masculorum eas non numerare; vel non numerare, prout eis magis expedit, ex deductis per Merlin. de legit. lib. 1. titul. 4. quæst. 6. numer. 6. & seq. Rot. decif. 74. 87. & 106. post eundem Merlin. & in aliis frequentibus; Ideoque cum Donatus filius masculus, & hæres, eligeret eas numerari debere, ita ad conclusionem intrare dicebant.

His tamen non obstantibus, contrarium veritatem dictæ probabilius videri; Non negabam etenim veritatem dictæ conclusionis, utpote receptæ, atque in casu suo in contrarium, ubi scilicet masculi ejusdem matrimonii, sed adeo ut non intrat mixtura filiorum ex pluribus matrimoniis, juxta casum, de quo dist. seq. concorditer eligantur numerare, vel non numerare, cum tunc attendatur, quod magis placet, magisque expedit; Secus autem, ubi contentio sit inter ipsosmet, quod scilicet ejusdem matrimonii, unus masculus velit numerari, alter vero non. Ille sicut dicitur, cum decif. 137. & 160. par. 6. recentior. & decif. 99. & 100. post Fenozon. ad Statut. ac alle. & de quibus in tribus proximè sequentibus discursibus, percutiant casus, ac terminos diversos; Ideoque dictæ decisiones, cum quibus dicti Respondentes procedebant, extraneæ remanebant à casu.

Quare assumendo punctum in parte discussiva, seu rationativa, (ut sciendum est in casibus, qui in jure expressè decisi non sunt, vel ex communi Doctorum traditione, aut ex sensu Tribunalium non sint determinati;) Verius esse dicebam, ut potiores essent partes Philippi, qui volebat, ut non deberent numerari, ex pluribus.

Primo, quia ubi Statutum est simpliciter exclusivum, adeo ut femina reputentur extraneæ, neque dos ab eo demanda succedat loco legitime, tunc regula est, ut feminæ non numerentur, ex cumulatis per Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 6. numer. 10. cum seq. Cyriac. contr. rev. 71. & 385. Bellon. jun. de iur. acresc. cap. 6. quæst. 15. Buttiglieri. de success. ab intest. theore. 15. numer. 4. & supponitur tantquam absolutum in decisionibus, de quibus infra, & in quibus discursibus proximè seq. In quibus etiam absolutum supponitur, (ut in effectum est,) quod Statutum Urb. 145. sit tale.

Dicta verò conclusio, ut sit in facultate, ac electione masculorum numerare, continet potius limitationem; Idèq; in concursu duorum coequalis sui habentium, quorum unus insulit regula, alter verò insulit limitationi, potior esse debet conditio habentis pro re regulam, pro qua in dubio est iudicandum, juxta præfissimè in omni materia infirmatum axioma, super quo multa colligit Barb. axiom. 198. Rot. apud Mant. dec. 251. n. 4. & passim.

Secundo, in idem, quoniam filii masculi, coequalis jus in hac Statutaria exclusionem habentes, dici possunt socii, hocjux pro communi possidentes, idèq; intrat regula text. in l. Sabinus. ff. de negot. gest. & cap. in re communi, de reg. iur. in 6. cum concordant. deductis præsertim sub titul. de servit. dist. 6. ut in re communi melior sit conditio prohibentis, ubi præsertim huic regula assistat, ut supra.

Tertio, quia dicta conclusio limitativa regula, innixa est favori masculorum, quia sic eis expedit, ob eandem rationem, ob quam eorum favore inducta est exclusio, ut patet ex supra allegatis, ac aliis eadem limitationem tradentibus; Igitur in hoc proposito considerandi sunt filii

ui filii, ac pro eo jure, quod eis competit, ratione filiationis. Id autem congruebat Philippo nolenti feminas numerari, non autem Donato volenti, quoniam huic tantquam filio in ejus legitime detracione id intererat tantquam filii; Intererat autem ejusdem non tantquam filii, sed tantquam heredis universalis, ex conclusione, de qua infra dist. 5. ut portiones feminarum cedant commode hereditatis, ac fideicommissi, unde in ista parte gereretur potius partes extraneæ, ut bene præ cæteris advertitur apud Rovit. consil. 70. n. 1. & 4. lib. 1.

Quarto, (eodem societatis, vel communione themate relicto,) illius socii votum prævalere debet, quod majorem negotii socialis utilitatem redolent, ex deductis per Felicium de societ. cap. 28. num. 19. cum seq. & communiter; Cum enim socius particularis duplicem personam representare dicatur, unam socii, ac possessoris pro communi, & alteram propriam, adeo ut inter has personas dari valeant actio, & passio, ac debitum, & eredium, ut pluries habetur sub titul. de credit. utique absonum esset dicere, ut socius pro interesse privato, invito socio, eligeret possit id, quod sibi expedit, communi autem negotio nocet.

Quinto, magis ad rem, id probant firmata per Molph. ad consuet. Neapol. part. 4. quæst. 8. & quæst. 9. num. 10. & Buttiglieri. de success. ab intest. theore. 36. in proposito masculationis, quæ in femina resultare dicitur, masculi cum intra ætatem maritare negligentibus, quod scilicet, si unus est promptus, & alter negligens, tunc potior est conditio diligentis, cui alterius negligentia præjudicare non debet; Atque si unus est minor, restituitur in interum; Et in idem conferunt disposita per Statutum Perusinum rubric. 45. ubi Gillian. fol. 133. versic. si cum aliquis pater, cum similibus.

E converso autem, alia non videbatur considerabilis ratio, nisi ea, quæ resultat à generali axioma te si per Statutum à jure exorbitantium odibilitate, quodque propterea capi debeat illa interpretatio, five attendi ea pars, per quam fiat reverso ad jus commune; Verum id tantquam nimis vagum, ac generale non videbatur præponderans, comparatione tot specialium, magisque stringentium; Ac etiam quia ut advertitur pluries sub tit. de success. ab intest. dist. 22. & in aliis, ac etiam sub altero de success. dist. 25. & alibi, male pro meo iudicio supponitur, quod hujusmodi Statuta dicenda veniant juris correctoria, & exorbitantia, cum potius contineant restitutionem juris antiqui, mediæ, ac novæ, magis adaptati Romanorum, ac Italia moribus, ac que ita Statuta prodierunt declarando potius ne acceptationem juris novissimi Græcorum, idèq; potius hoc argumentum retorqueretur.

Subsequuta verò concordia, (me quoque consulente, & cooperante,) occasione subtilitatis id formiter in iudicio disputare, neque alia occasio id præbuit, cum nimium rari sit hujusmodi casus præcisi; Ista verò mihi videbatur probabilior opinio, quoniam cum receptam conclusionem habebatur, de qua Rot. apud Otthob. dec. 172. n. 24. dec. 146. n. 6. & seq. par. 10. rec. & pluries sub titul. de success. ac etiam infra dist. 10. & in aliis, ac alibi, quod est in facultate masculorum non uti Statuto, ac admittere feminas ad coequalem successione, alias ita sequeretur, quod in pingui successione, ad quam plures masculi concurrerent, postea unus colligendo cum feminis, renunciare Statuto, & easque admittere in præjudicium, ac supplantationem successorum, quod non est dicendum.

Item super ista controversia, & legitime calculo, æquum fuit de alio puncto, quomodo fieri debeat deductio dotis feminarum, quatenus non veniant numerandæ, & quid in casu converso; Verum de hoc habetur actum particulariter infra dist. 7.

ROMANA LEGITIME DE GRANA PRO HYACINTHO VITALE CUM CAROLO, ET ANTONIO DE FERRINIS.

Casus decisus per Rotam pro Hyacintho, postea concordatus.

De eadem materia concursus plurium masculorum, qui tamen sint diversi matrimonii, quorum aliqui velint; Alii verò nolint feminas numerari

merari pro detractioe legitime, quibus sic de- ferendum. Et an, & quando foemina exclusa, dicatur restituta sicuti per dispositionem testamentariam.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series...
2 Resolutio cause...
3 De ratione resolutionis, que non placet, & que ratio placet...
4 De decisionibus in materia singularibus super concursu filiorum diversimodis...
5 De conclusis, ut sit in arbitrio masculorum numerare, & non numerare feminas...
6 Ob ingeniorum varietatem, eadem res uni est facilis, & alteri difficilis...
7 Quando, & quomodo procedat conclusio, de qua numerus...
8 De casu mixto, in quo non intrat Statutum...
9 De eodem casu mixto...
10 Qualis esse debeat incapacitas, vel exclusio unius filii, ut iste non faciat numerum...
11 Et quid requiratur, ut persona non computetur...
12 De differentia, an foemina faciat numerum, & non partem...
13 De consuetudine Neapolitana...
14 Leges adiacentes attenduntur tanquam doctrinae magistrales...
15 De eodem...
16 Statuta exclusivum procedunt ab intestato, non autem condito testamento...
17 & 18 Quando ius procedat, & quod testamentum faciat cessare statutum...

D I S C. III.

Inuba Aurelia Grana, duos habens filios ex primo matrimonio, Hyacinthum scilicet, & Veronicam. Et tres ex secundo, Carolum nempe, & Antonium masculos, & Brigidam foeminam. In testamento relicti quibusdam exiguis legatis in signum amoris filibus jam nuptis, & dotatis, relictaque Hyacintho legitima, haeredes universales scripsit Carolum, & Antonium filios secundi matrimonii, inter quos, & Hyacinthum orta est controversia super quantitate legitime, quoniam Hyacinthus praetendebat, quod importaret semissem ob numerum quinte filiorum, unde propterea sibi ex persona propria, & illa Veronicae germanae sororis debita esset una uncia cum duabus quintis alterius unciae; E converso autem haeredes praetendebant, ut non computatis feminis, esset solum triens, ideoque una tantum uncia deberetur; Quare introducta causa coram A. C. post plures disputationes, favore Hyacinthi decretum fuit, introductaque per appellationem causa in Rota coram Pr. solo, nimium scissa fuerunt vota, unde propterea pluries proposita causa sine resolutione, demum ista prodit sub die 5. Decembris 1659. favore eisdem Hyacinthi, ut foemina computanda veniret ex solo tamen motivo agnationis in suam, ob dictam legatum factum a matre filibus ita sicuti restitutus, ut patet ex decisione desuper edita impress. post Michalor. de fratrib. decis. 60. quae antiam dedit concordiae, controversie finem danti.

Resolutio mihi scribitur pro Hyacintho (reflectendo etiam ad solam veritatem) placuit, atque iusta visa est, non tamen placuit dicta ex parte ratio, cum probabilior videretur altera, ut isto casu propter mixturam filiorum utriusque matrimonii in successione materna, Statuta dispositio non intraret; Distinguendo siquidem utramque rationem.

Quatenus ad hanc secundam pertinet, in qua ego insistebam, Scribentes hinc inde deducebant eadem dec. 227. & 160. par. 6. recent. tanquam unicas, ac singulares auctoritates in hac materia; Acitur enim in eis de hac individua questione inter filios masculos matris binubae diversi matrimonii, atque deciditur favore filii primi matrimonii, volens numerari diuis eius sorores germanas, quae sufficiebant ad faciendum transire legitimum de triente in semissem, dum ex secundo matrimonio aderant duo alii masculi, quavis illi non curarent numerare aliam foeminam eorum germanam sororem, & sic quod fratres uterini non possent impedire alterum fratrem, quia numeret uterini ex deducis

ros, qui ipsi uterino oppositorum, ad hunc effectum Statuti exclusivi extraneae sunt.

Id etenim non neabant Scribentes pro haeredibus reis contentis, ideoque dabant manus, ut Hyacinthus Veronicam forem numeraret; Verum nil proficiebat, dum punctus erat, an esset numeranda Brigida ipsorum, haereditaria germana, quam ipsi volebant numerari, ex eadem conclusioe instruita disc. praeced. ut in arbitrio masculorum excludendum repositum sit numerare, vel non numerare feminas ab eis exclusas; Atque in hoc versabatur difficultas, quae visa est insolubilis, cum casus esset novus, utpote per dictas decisiones, vel alias non tactus.

Verum pro meo iudicio, casus videbatur planus, & tanquam disputationem dote indignus; (Talis est ingeniorum varietas, quam quodlibet experitur, ut quod uni videtur facile, alteri difficilimum videtur); Quod enim omnes foemina numerari debuissent, neque haeredes possent nolle numerare eorum germanam sororem in prejudicium alterius masculi diversi matrimonii, probari dicebam.

Primo, ex eadem consideratione, de qua disc. praeced. quod scilicet conclusio, ut in arbitrio, & facultate masculorum repositum sit numerare, vel non numerare, foeminas pro ut magis expedit, percutit jus filiorum tanquam filiorum, & in ratione filiationis, & quatenus ista ratione attendita, utilitas excludentibus relinquitur, non autem jus filiorum tanquam haeredum in reliquo bese, vel semisse, cum in hac parte habeantur iure extranei, cum aliis, de quibus dicto disc. praeced.

Secundo, quia Statutum proprie percutit casum concursus masculorum, & foeminarum ejusdem matrimonii, vel diversi ex parte patris, adeo ut urgeat ratio agnationis, cui Statutum innixum est, per quod a paterna successione masculi, sorores consanguineas tantum excludunt, secus autem, ubi concursus est inter uterinos in materna successione, quoniam tunc dicitur casus mixtus, sive a Statuto omittitur, in quo intrat dispositio juris communis, Bald. cons. 216. lib. 2. Peregr. consil. 65. num. 14. lib. 1. & alii per Hodicem in hac editoriali, quest. 12. num. 23. & segg. ubi ad partes disputat, Rot. decis. 80. & 81. post Gillian. ad Statut. Perus. decis. 461. num. 6. & segg. par. 2. rec. Romana supplementi legitime 24. Martii 1659. coram Cerro, & advertitur in distinctione casuum, de qua disc. segg. Et generaliter, quod mixtura persona non considerata a Statuto illud cessare faciat, in proposito matris existentis in medio habetur decis. 59. par. 1. recentior. & decis. 43. p. 7. & in dicta sua materia sub tit. de success. ab intest. praesertim in Sutrina, & Nepefina disc. 3.

Tertio, quod ad effectum, ut unius filii incapacitas attendatur pro minuendo numero, ut ita ex misse legitima deducatur ad trientem, requiritur, ut incapacitas sit jam contracta in vita parentis, adeo ut de tempore mortis sit certa, & invariabilis, quia nempe exclusio non admittitur, nec admitti peretur, ut probare videntur text. n. l. qui repudiantis, in principio, ff. de inoff. testam. & l. Papinianus, quoniam, ff. eod. quae iura in terminis renunciationis considerant Peregr. de fideicom. art. 28. num. 1. Hondedeus consil. 1. nu. 86. & segg. vol. 2. ac bene probat Bald. in l. unica nu. 28. C. quando non petentium parte, ubi quod si unus ex filiis in vita parentis renunciat, vel ob delictum exhaereditatur, non facit numerum; Secus autem, si post mortem repudiat; Et bene dictam propositionem de incapacitate attendenda, ubi contracta est in vita parentis, profequitur Bellon. jun. de iure accresc. cap. 6. q. 6. n. 21.

Ut enim persona non computetur, opus est, ut omnium favore indiffinitè se de medio tollat, secus si ut uni proficit, & alteri noceat; Ut habemus in terminis renunciationis, quod si unus ex filiis simpliciter, ac extingitive renunciet, cum tunc dicitur tollere se de medio, atque ejus defectiva per viam juris accrescendi, non videt deinde omnibus aequaliter profici, hinc recedat dici potest, ut non faciat numerum, nisi propter superfluitatem fratris expediat, dum simpliciter illa persona ad effectum successiones habetur pro mortua, & non extante; Secus autem, si uni ex fratribus tantum renunciet, cum tunc faciat numerum, ac eam partem ad commodum, & utilitatem renunciantis, pendente ac si successisset, atque illud per actum occultum ejus agnita portione uni ex fratribus cessisset, quoniam impossibile est, ut una, & eadem persona possit eodem tempore haberi pro mortua, & pro viva, quocirca sit de iure legitima succedat, & tamen non faciat numerum, ex deducis

Cis per Fab. de Ann. consil. 45. num. 9. & 13. Bellon. jun. de iure accresc. cap. 5. quest. 49. num. finali, & cap. 6. quest. 7. n. 13. cum segg. Unde cum foemina respectu fratrum uterino- rum non dicatur in materna successioe extranea, neque per Statutum exclusivum sit, impossibile videtur, ut numerum facere non debeat.

Et quavis etiam in isto casu successioe matris binubae, non cesset respectu fratrum germanorum, foeminarum exclusio resultans a Statuto, quod de materna etiam successioe disponat, ut disc. segg. Aramen id solum procedit quoad partem, non autem quoad numerum, quod scilicet foemina fingitur succedere, sed illam partem, in qua illa succedit, masculi autem, qui sibi applicant Paris. consil. 36. num. 29. lib. 2. Bellon. jun. alios cumulans d. lib. 5. cap. 49. num. 13. 15. & 16. Rota d. dec. 137. num. 16. & segg. par. 6. recent. quoniam quoad fratres habetur pro extraneis, sed quoad alios habetur pro succedente.

Quarto, id rectè comprobari dicebam ex consuetudine Neapolitana incipientem, si qua mulier, ubi disponitur, quod moriente matre cum filiis diversi matrimonii, omnes tam masculi, quam foeminae iuxta juris communis dispositionem aequaliter succedant, omnesque concurrant, ita ut tot sint portiones, quot sint persone, non obstante, quod sibi, tam ex Constitutione generali Regni, quae incipit, In aliquibus, quem ex ejusdem Civitatis consuetudinibus, statutibus masculis, foeminae non succedant, quoniam id procedit discretive, ut partes foeminarum earum respectivè germanis fratribus accrescant, non autem ad impediendum numerum, Franch. decis. 149. n. 11. & per tot. decis. 566. n. principio, & decis. 639. n. 8. Molphet. ad eisdem consuet. par. 7. de success. ab intest. q. 4. ff. 22. num. 14. Bottiglier. de success. ab intest. theor. 16. num. 7.

Ubi enim non habetur casus in iure decisus, tunc licet aliarum provinciarum, vel locorum leges, seu consuetudines deducuntur, saltem tanquam doctrinae magistrales, seu pro casus dubii interpretatione, praesertim ubi juris rationibus, & principiis inniuntur; Ut de legibus partitae Hispaniae attendendis, ubi nostrae leges deficiunt, vel sunt dubiae, Franch. decis. 578. num. 13. Rota decis. 27. nu. 8. par. 1. rec. Et generaliter de attendendis legibus aliarum provinciarum, vel ditionum praesertim verò adiacentium, ex Jak. in leg. de quibus, num. 6. ff. de legibus, Constant. in l. i. ff. de filius officialium, lib. 10. num. 26. Adden. ad Rovit. prag. 2. de cessioe bonorum, versic. licet vero, scribentes apud Prat. respons. crim. 46. numer. 53. & segg. & advertitur disc. praeced. Atque ex Doctoribus idem, quod a dicta consuetudine disponitur, habetur (quavis articulo non examinato) apud Michalor. de frat. par. 3. q. 9. n. 7.

Non placuit autem alteram fundamentum resolutionis, ob restrictionem sicuti a dicto legato resultantem, Quamvis enim vera sit conclusio, ut statuta exclusio procedat, parente decedente ab intestato, secus autem condito testamento, per quod parens potest, cum quem Statutum facit extraneum, reddere sicuti, ut ex Castr. consil. 52. numer. 2. lib. 1. & alii plene Cyriac. contrav. 71. nu. 16. & 72. num. 19. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 53. & dec. 266. par. 1. divers. ac habetur pluries in ista materia sub tit. de success. Nihilominus hic est effectus voluntatis, qui tenens procedit, quatenus talis voluntas accedat, recedendi scilicet a statutaria dispositione, eique se non conformandi.

Id autem probabilius dicendum videbatur non probari ob hujusmodi modo disponendi, per quem testatrix probatus cum statuto se conformasse, quam recessisse dicitur, insinuando solos masculos, foeminas autem excludendo a successione, aliis eis de iure quae debita aequaliter cum masculis, ut bene advertit Gabr. consil. 140. num. 12. lib. 2. Neque modicum legatum relictum in signum ejusdem amoris materni, operari potest hunc effectum, cum id fieri solet ob quamdam imperitoriam Notariorum cautelam praeservandam testamentum a vitio praetentionis, unde propterea voluntas testatoris iura directè etiam ad majorem statuta dispositionis firmitatem, ac observantiam, ideoque nullo pacto operari debet effectum de directo contrario; Hinc proinde intellectus huius agnitionis speciei nunquam acquiescere potuit, cum nullum habeat probabile rationis fundamentum, quoniam alias, data restitutione sicuti, sequeretur, ut foeminae aperiretur etiam actio ad petendum supplementum legitime, quod nil absurdum, cum casu sine circa titulum institutionis, & pro omni, & toto eo, & etiam cum mentione legitime, praetertim in testamentis mulierum, & idiorum, frequentius, ac forte semper adhiberi soleant ex insulis, ac superabundantibus cautelis No-

tariorum, vel aliorum Doctorum ad magis corroborandam foeminarum exclusionem, ut in dicta sua materia sub tit. de success. advertitur.

ROMANA SUPPLEMENTI LEGITIMAE PRO CAROLO FERRINO, CUM BELLARMINIIS.

Casus decisus per Rotam pro Bellarminis.

Posito, ut in concursu filiorum diversi matrimonii, foeminae faciant numerum iuxta disc. praecedentem; An faciant partem sibi ipsis, vel potius masculis eorum germanis fratribus.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series...
2 Resolutioes causa...
3 De solvendo alteri, quam creditoris...
4 Quid disponat Statut. Urb. 145...
5 Ut ad effectum dicti Statuti masculus debeat esse haeres universalis...
6 Contrarium, seu declaratur...
7 De ratione...
8 Declarantur decisiones contrariae...
9 Dos data foeminae est pretium exclusionis...
10 Quod distinguendi sunt casus pro doctrinarum applicatione...
11 Fratres uterini non excludunt sororem...
12 Statutum non suffragatur extranea...
13 De eadem conclusione, de qua n. 11...
14 Existencia masculi de factis non sufficit, si non succedit...
15 De casu, de quo disc. praeced...
16 De Statut. Urbis 141. an procedat favore alterius foeminae...
17 De decis. 885. Seraphini...
18 Et de casu aliarum decisionum...
19 De casu praescripto, & quomodo decisiones conciliantur...
20 De pluribus auctoritatibus in casu praescripto favore masculi...
21 Quomodo quae est osti decidenda...
22 De eodem, & quod attendi debet substantia voluntatis statutarium...
23 Quando foemina dicatur agnita, & restituta sicuti per legatum sibi factum...
24 De alio casu controverso pro intelligentia Statuti 146. Urbis...

D I S C. IV.

Super eadem legitima Aurelia binubae, de qua discurs. praeced. post terminatum controversiam inter masculos primi, & secundi matrimonii, insurrexit foemina filia primi, seu Bellarmini ejus interim defuncti filii, & haeredes, petentes a Carolo fratre uterino, communis matris haerede universali, supplementum legitime, stante legato per matrem sibi facto, atque ab A. C. sententiam favorabilem reportarunt, introductaque per appellationem causa in Rota coram Alberгато, praevia decisione 23. Junii 1670. dicta sententia confirmata fuit, & commissa de novo causa coram Vicecomite sub die 27. Aprilis 1671. pro sententia confirmatione responsum fuit, quavis ex diverso motivo, ut habetur infra in fine.

Tres autem erant puncti, de quibus in hujusmodi disputationibus actum fuit; Primum scilicet, an legitima Veronicae deberetur, vel potius ejus portio accresceret Hyacintho germano fratri; Secundo, quatenus deberetur, an constaret, quod in integrè soluta esset dicto Hyacintho; Et tertio, quatenus de dicta solutione constaret, an haeres excusandus veniret a replicata solutione.

De hoc tertio puncto habetur actum in sua materia sub tit. de cred. disc. 58. an scilicet, & quando debitor solvendo alteri, quam verò creditor liberetur; Et secundus erant nudi facti, & calculorum, de quibus ad Advocatos non pertinet agere.

Quatenus igitur pertinet ad primum; Non dubitabatur, ut attendita dispositione juris communis tam foeminae, quam masculi, equalis esset conditio in legitima, adeo ut displiciter, quod in decisionibus desuper editis, legum, ac auctoritatum cumulus fieret super tam certo, & non controverso principio, quod est praesupponendum, sed quaestio



Romana Dotis pro Ursula Baratta, consuetus pro veritate...

Respondi quod Rota in Afulana legitima coram Buba...

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MARIANIS PRO CORNELIA ALICORNA CUM PAPINIS, ET ALIIS.

Causa variè decisus per Rotam, postea concordans.

Legitima masculi, ex Statuto excludentis foeminas, an sit tertia totius, etiam pro portionibus...

SUMMARIUM.

- 1 Facti series. 2 Resolutiones cause super hoc puncto. 3 De decisionibus in Romana de Lante...

DISC. V.

Ordinato in eodem testamento per Mariam Marianam et Claram Alicornam fideicommissum...

bat secutos ter mille circiter; E converso autem improbat...

In posterioribus autem decisionibus revocatoris, admittitur conclusio...

Mihi licet scribenti pro Cornelia succumbente, posteriores resolutiones plauerunt...

Proceditur etenim cum terminis Statuti 141. atque in hoc versatur æquivoquum...

DISC. VI.

Neque attentis terminis istius Statuti intrat inspectio an portio femine...

Neque attentis terminis istius Statuti intrat inspectio an portio femine...

tenis, præsupponitur non existentia masculorum descendentium...

Et quamvis ego scribens mote Advocati deducere conclusionem...

ROMANA LEGITIMÆ DE ALBERICIS PRO CONSTANTIA, CUM FRANCISCO ALBERICO FRATRE.

Votum arbitramentale.

An relicta filio masculo sola legitima de jure debita, atque instituitur...

SUMMARIUM.

- 1 Facti series. 2 Statutum exclusivum procedit ab intestato...

DISC. VI.

Margarita Dona de Albericis, cujus mentio habetur sub tit. de fideicommissis...

decis. 175. n. 1. & seqq. part. 7. & sapius, ut etiam pluries in precedentibus insinuat.

His tamen non obstantibus; Alii duo in contrario voto fuerunt, quod prævaluit...

Quamvis autem casus non dederit invenire auctoritates, vel decisiones in contrarium...

Ahuc tamen occasio non dedit id particulariter, ac formiter disputare, solumque expertus sum in causa...

ROMANA DOTIUM

Responsum ad petitionem Magnatis.

Quomodo detrahenda sint dotes, quæ per Statutum exclusivum demandantur...

SUMMARIUM.

- 1 In terminis juris communis ista questio non intrat. 2 Et quando etiam intrat...

DISC. VII.

Magnate consilium super dicto questione petente, an scilicet, & quomodo foeminarum dotes a Statuto exclusivis demandatas...

Cadente questione in casu inæqualitatis, vel inæquationis, quæ in majori, vel minori quantitate contingere potest...